



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 12. Constitutionis Unigenitus fata post Ludovici XIV. Regis obitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII., Deum meritum adjiciendum tibi sit,
A. C. 1715., non est, quod Tibi pluribus explice-
 „mus.“

Ceterum quamprimum P. Telliero
 Aurelianensem Ducem in Regni Re-
 gentem assumi suboluit, mox ceteris
 prior eundem salutatum venit, eique
 Societatem suam, & Constitutionis ne-
 gotium impense commendavit, cui ta-
 men Dux sat frigide respondit, potius
 de Ecclesiæ & Regni tranquillitate sol-
 licitus esset.

§. XII.

Constitutionis fata post Ludovici XIV. Regis obitum.

Epist. Clem. *XI. p. 209.* **C**um interea totus Christianus Orbis
 Ludovici Magni jacturam ferali-
 bus prosequeretur exequiis, & probi
 omnes Catholici ob intercismum Consti-
 tutionis negotium tam strenuo fidei
 & Ecclesiæ Heroi lacrimis luctibusque
 parentarent, Quesnelistæ, aliquique tur-
 bidi ingenii homines, qui hucusque
 ne quidem hiscere audebant, velut
 de reportata caussæ suæ victoria trium-
 phum canere certabant: converso enim
 fatorum ordine tanta erat affectuum
 mutatio, ut totum Franciæ Regnum
 novam induisse faciem videretur: præ-
 primis Voisinius Cancellarius olim Jan-
 seni-

senistarum terror, nunc illorum ludi-
brium suo officio amovetur, sub ob-
tentu, quod contra pragmáticas Regni
leges Ludovici Regis testamentum con-
scripsisset: irritantur præcipui illius ar-
ticuli a Parlamento, nullique decla-
rantur; Dux Aurelianensis, qui dun-
taxat Regii ministerii Præses testamenti
tabulis designabatur, Regni Rector, &
Noviodunensis Dux, Delphini Succes-
foris Tutor declarari jubentur: funestæ
executionis apparatus contra opponen-
tes Episcopos instructus velut somnium
evanescit, & contra eorum Adversa-
rios præcipue contra Jesuitas ferme
communis suscitatur indignatio: revo-
cantur ob impugnatam Constitutionem
proscripti Præfules & Doctores, perti-
nacius propugnantur Gallicani Cleri
decreta Anno 1682. edita, & Noaillius
Cardinalis, quem Ludovicus nequidem
moribundus, nisi conversum admittere
voluit, eo vix mortuo ad Aulam ae-
cerstur, & quia intra mensem accepta-
tionis suæ mandatum pollicitus erat,
ab Aurelianensi Duce non modo tene-
ris amplexibus, & familiari colloquio
honoratur, sed etiam ad majorem di-
gnitatem, auctoritatemque, imo & ad
sanctoris consilii, quod *conscientiæ* vo-
cant, Præfecturam elevatur. His
prævie dispositis Aurelianensis Dux

datis

E 4

Sæc. XVIII.
A. C. 1715.

Sæc. XVIII. datis literis Pontifici significabat, quod
 A. C. 1715. eodem obsequio ac reverentia, qua de-
 functus Rex, summum Pontificem, sa-
 cramque Sedem prosecuturus sit, nec
 temere speret, se intra unius mensis spa-
 tium dissidia inter Episcopos efferve-
 scientia radicitus extirpaturum. Postea
 de iis, quæ hucusque in Regno dispo-
 suisset. Papam & Cardinalem Tremol-
 lium die decima tertia Septembris cer-
 tiorem reddidit.

Ad hasce literas Pontifex die pri-
 ma Octobris Aurelianensi hæc rescri-
 psit: „Ubi tam ex literis tuis die de-
 „cima tertia Septembris proxime e-
 „lapsi ad Nos datis, quam etiam ex
 „iis, quæ Cardinalis de Tremoille tuo
 „nomine latius Nobis explicavit, in-
 „telleximus a Te disposita & florenti-
 „simi istius Regni per minorem novi
 „Regis ætatem administrandi certam
 „rationem formamque stabilires, præ-
 „fertim vero audivimus, consiliariorum
 „cætus, quos eum in finem pro rerum
 „varietate sive restituere sive etiam in-
 „stituere consentaneum duxisti. Ma-
 „gnopere quidem lœtati sumus, quod
 „tanta sedulitate ac vigilantia ad ea
 „potissimum præscribenda curas omnes
 „tuas & studia intenderis, quæ optatæ
 „eius Regni quieti, publicæque istorum
 „populorum felicitati profutura existi-
 „masti.

quod
a de-
, fa-
nec
spa-
erve-
ostea
dispo-
emol-
cer-
e pri-
escri-
e de-
e e-
m ex
e tuo
in-
entis-
novi
rtam
præ-
orum
erum
in-
Ma-
quod
d ea
nnes
tatæ
rum
xisti-
hasti.
,,masti. Tua nihilominus eximia, qua Sæc. XVIII.
,,polles prudentia, Dilectissime in Christo A. C. 1715.
,,Fili noster, facile tibi ob oculos po-
,,net, quam graviter cum universa hac
,,Alma Urbe acceperimus, inter cætera
,,a Te constituta, sanctiori illi, quod
,,Conscientiæ vocant consilio propositum
,,fuisse Cardinalem de Noailles, qui ni-
,,mirum, etsi alias de eo ob plures illius
,,egregias, ac sacro Antifite dignas vir-
,,tutes præclare censuerimus, in nego-
,,tio Apostolicæ nostræ Constitutionis,
,,cujus initium est: *Unigenitus Dei Fi-*
,,*lius &c.* ita se gessit, ut unacum paucis
,,illis, qui a ceterorum Fratrum con-
,,sortio defecerunt, uberem nimis (quod
,,dolentes dicimus) Catholicis omnibus
,,tristitiae, ac scandali, Ecclesiæ vero
,,hostibus gaudij, ac irrisiois materiam
,,præbuerit. Verum cum animum no-
,,strum nullatenus inducere possimus,
,,ut credamus, Te Principem egregia
,,non minus sapientia & doctrina, quam
,,singulari in orthodoxam religionem
,,studio præditum, ac in obsequio erga
,,hanc sanctam Sedem, ut non semel
,,professus es, nemini secundum, adduci
,,potuisse, ut tanti momenti præfectu-
,,ram eidem Cardinali de Noailles de-
,,ferres, nisi prius compertum, ac pror-
,,sus exploratum habuisses, quod ipse
,,quam primum, imo etiam antea, quam

Sæc. XVIII., novum hoc munus obire inciperet,
A. C. 1715., officii sui debito cumulate satisfactu-
rus esset, omniaque hac in re perpe-
ram gesta congrua emendatione pen-
saturus: hac una suasione nostri animi
ægritudinem temperamus, confisi, pla-
ne fore, ut negotium illud, Te præ-
cipue adjuvante, ac impellente, ita
propediem absolutum iri, ut illius exi-
tus, quemadmodum verbis ipsis tuis
memoratus Cardinalis de Tremoille,
Te maxime sperare, Nobis denuntia-
vit, & sollicitudini nostræ satisfaciat
& Ecclesiæ plausus mereatur, I qua
quidem re nihil nomini tuo glorioius,
nihil Regni illi utilius, nihil eidem
Cardinali de Noailles salubrius, ni-
hil denique lætius & jucundius acci-
dere Nobis poterit, qui maxima sane
& molestissima, qua angimur, cura
liberati Cardinalem præfatum, illius-
que socios ad saniora Consilia revoca-
tos libentissime excipere parati sumus,
omnique paternæ charitatis officio am-
plecti. Cæterum ut plane vides, ac
res ipsa per se satis loquitur, gravis-
simum hoc negotium, ubi Orthodoxæ
Religionis integritas, Catholicæque
unitas periclitatur, ejusmodi est, ut
illud ulterius inemendatum sine in-
signi Apostolici nostri Ministerii laba-
relinquere non possimus, pluribus hac
de

„de re, quæ nobis summopere cordi Sæc. XVIII.
„est, tecum aget Venerabilis Frater A. C. 1715.
„Cornelius Archiepiscopus Chartagi-
„nensis Nuntius isthic noster, quem ut
„benigne audire velis, vehementer a
„Te petimus, tibique dilectissime in
„Christo Fili noster, Apostolicam bene-
„dictionem ex intimo paterni cordis
„depromptam impertimur.,,

§. XIII.

Cleri Gallicani Zelus contra Ques- nelistarum insultus.

Interim Quesnelistæ liberioris auræ *Lafiteau*
spe tumidi, depulso timore & pu- *Hist. Const.*
dore, detractaque larva palam defuncti *t. I. part. 2.*
Regis memoriæ, & Acceptantium Epi- *Att. publ.*
scoporum conatibus insultabant, popu- *Const. Unig.*
losque, ut proprios suos Judices ad ju-
dicium vocarent, excitabant; inde dis-
fensionum flammæ ex Episcopali domo
in Sorbonam, & Regni Universitates
ac Parlamenta continentí incendio gra-
fari cæperant: Sacerdotum & Religio-
forum non pauci palam obedientiæ ju-
gum excutiunt, & seditiona quorum-
dam molimina in apricum erumpunt,
inundantur Provinciæ libellis famosis,
ac denique sub Rege Puerò turbidorum
licentia nil propius, quam omnium fi-
delium confusionem, apertumque schis-
ma